Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36877
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

nullam fuit cum a principio igno
rauit eam esse ancillam ipse uir
et hinc locum sit errore condicionis.
Liberi **De natis ex libero**
dicuntur a liber- **ventre**
tate. Est autem libertas naturalis
facultas faciendi quicquid li
bet facere nisi ui aut iure pro
hibeatur. Seruitus autem est consti
tutio iuris gentium qua quis a
lieno domino contra naturam subicitur.
Liberi autem sunt qui aut nascun
tur liberi aut fiunt. Nascun
tur ut illi qui cum nascuntur
statim liberi fiunt et tales di
cuntur ingenui. Fiunt autem
liberi qui de seruitute liberantur.
Item filius sequitur condicionem
matris et non patris. In fine nota
quod sarracenis arma ministrantes
efficiuntur serui capiencium.
Item scias quod ecclesia libertates
tueri tenetur. **De cognatione**
Cognatio **spirituali**
spiritualis est propinquitas
proueniens ex dacione sacramen
ti uel ad sacramentum dati
one ut cum sacerdos baptizat
puerum tu suscipis eum de ma
nu sacerdotis. Utrique uestrum est
spiritualis pater pueri. Huiusmodi autem
cognationis tres sunt species. Una
est inter te et illum cuius fi
lium suscipis et uxorem eius
si est mater suscepti et hec est
uera compaternitas. Sic et tu et
uxor tua quam tunc cognoui
as te mediante est commater
parentibus infantis. Item in
ter te et illum quem suscipis
est spiritualis paternitas ut est il
le est inde filius spiritualis

et ego sum illi pater spiritualis et appel
latur secunda species cognationis et hee
persone inter se copulari non possunt.
Et hec secunda species similiter constituitur
inter baptizantem et baptizatum.
Item nota quod ille uel illa quem uel
quam de sacro fonte suscipio sunt
spirituales fratres filiis meis nec
possunt inter eos matrimonium consistere.
Alii uero filii et filie quibus medi
antibus compaternitas non est contrac
ta bene possunt adinuicem copulari
et omnes persone de tribus speciebus cog
nationis non possunt inter se con
trahere et si contraxerint separantur.
Item nota quod cum uir mediante
uxore efficiatur alicuius compa
ter illius non potest mortua uxore
sua cum illa commatre matrimoni
um contrahere. Si autem filius uxo
ris tue quem habuit cum alio uiro
suscipiatur ab alia muliere illa
potest habere in uxorem mortua tua.
Item si sacerdos aliquem bap
tizat ille non potest contrahere cum
filia sacerdotis. ~~Cognatio est~~
Constituitur autem cognatio spiritualis
in cathecismo confirmacione
et baptismo. Item filii et filie
ante et post compaternitatem geni
ti possunt adinuicem contrahere
ea persona excepta qua media
te ad compaternitatem peruenitur
nisi consuetudo contrarium docu
erit. In fine nota quod cogna
cio spiritualis et legalis non egreditur
personas illas quibus mediantibus
constituuntur. Quare ego cum filia fi
lii mei spiritualis possum contra
here cum hoc in illo iure prohibeatur
et eciam de matrimonio contrahen
do sit prohibitiuum. Scilicet ut qui